

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

super philistim nocte: et vastemus
eos usque dum illucescat mane: nec
relinquamus de eis virum. Dixit
que populus. Omne quod bonum vi
detur in oculis tuis fac. Et ait sacer
dos. Accedamus huc ad deum. Et
consultuit saul dominum dicens. Num
philistim persequar: si tradas eos
in manus israel: Et non respondit ei
in die illa. Dixitque saul: Applicate
huc universos angulos populi: et
scitote et videte per quem acciderit
peccatum hoc hodie. Vivit dominus sal
vator israel: quia si per ionathan fi
lium meum factum est: absque retracta
tione morietur. Ad quod nullus tradi
xit ei de omni populo. Et ait ad uni
versum israel: Separamini vos in
partem unam: et ego cum ionatha filio
meo ero in parte altera. Respondit
que populus ad saul: Quod bonum vi
detur in oculis tuis fac. Et dixit
saul ad dominum deum israel: Domine deus
israel da indicium: quid est quod non re
sponderis servo tuo hodie? Si in me
aut in ionatha filio meo hec iniqui
tas est: da ostensionem. Aut si hec est
iniquitas in populo tuo: da sancti
tatem. Et deprehensus est ionathas et
saul: populus autem exiit. Et ait saul
Mittite sortem inter me et inter io
nathan filium meum. Et captus est io
nathas. Dixit autem saul ad ionatham.
Indica mihi quid feceris? Et indi
cavit ei ionathas: et ait: Sustans
gustavi in summitate virge: que erat
in manu mea paululum mellis: Et
ecce ego morior. Et ait saul: Nec
faciat mihi deus: et hec addat: quia

morie morieris ionatha. Dixitque
populus ad saul: Ergo ne iona
thas morietur: qui fecit salutem hanc
magnam in israel. Hoc nefas est.
Vivit dominus: si ceciderit capillus de
capite eius in terram: quia cum deo
operatus est hodie. Liberavit er
go populus ionathan: ut non mo
rereretur. Recessitque saul: nec persecutus
est philistim. Porro philistim abi
erunt in loca sua. At saul confirma
to regno super israel: pugnabat per
circum aduersus omnes inimicos
eius: contra moab: et filios am
mon: et edom: et reges soba: et phi
listeos: et quocumque se verterat: su
perabat. Congregatusque exercitus per
cussit amalech: et eruit israel de manu
vastatorum eius. Fuerunt autem filii
saul: ionathas: et iesui: et melchisua
noia dua rum filiarum eius: nomen pri
mogenite merob: et nomen minoris
michol. Et nomen uxoris saul achinoem
filia achimaas. Et nomen
principis militie eius abner: filius
ner patruelis saul. Porro cis fue
rat pater saul: et ner pater abner: fi
lius abiel. Erat autem bellum po
tens aduersum philisteos: omnibus
diebus saul. Nam quocumque vide
rat saul virum fortem et aptum ad pre
lium: sociabat eum sibi.

C. XV.

Quod dixit samu
el ad saul. Demisit do
minus: ut vngeret te in regem super
populum eius israel. Nunc ergo au
di vocem domini. Hec dicit dominus
exercituum. Recensui quocumque fecit

Qui fecit salu
tem etc. Multum pro
sunt transacta bona.
nisi enim ionathan pe
terita bona iniussent
imminentia mala non
evalesset. Non enim
iniustus deus: ut ob
liviscatur bonorum.

Applicate uni
versos angulos
etc. Angulos populi
principes vocat: qui
bus hinc inde populi
tamquam angulis parietes
adherabant.

Nec faciat mi
hi deus. Juramen
tum hebreorum quod per
contrarium intelligitur
- quod malum quod tibi
debet: mihi imputet.
si te non interfecero.